Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



qui si uiderit locū lepre humiliorē carne reliqua. & pilos uersos in candorē. c̄taminabit eū. plaga enim lepre orta ē in ulcere. Qd̄ si pilus coloris ē pristini. & cicatrix sub obscura & uicina carne n̄ ē humilior. recludit eū. vii. dieb;. & si quidem creuerit. aduidicabit eū lepre. Sin aūt steterit in loco suo ulceris ē cicatrix. & homo mundus erit. Caro et cutis quā ignis exusserit. & sanata albā siue rufam habuerit cicatricem. considerabit eā sacerdos. et ecce si uersa ē in alborem. et locus eius reliqua cute humilior. c̄taminabit eum quia plaga lepre in cicatrice orta ē Qd̄ si pilorum color non fuerit inmutatus nec humilior plaga carne reliqua. & ipsa lepre species fuerit sub obscura. recludit eū. vii. dieb;. & die septimo c̄templabit̄.

Si creuerit in cute lepra c̄taminabit eū. sin aūt in loco suo candor steterit n̄ satis clarus. plaga conbustionis ē. & idcirco mundabit̄. quia cicatrix ē cōbusture. Vir siue mulier in cuius capite ut barba germinauerit lepra. uidebit eos sacerdos. & si quidem humilior fuerit locus carne reliqua & capillus flauus solitoq; subtilior c̄taminabit eos. quia lepra capitis ac barbe ē. Sin aūt uiderit locū macule equalem uicine carni & capillū nigrū. recludit eū. vii. dieb;. & die. vii. intuebit̄. Si n̄ creuerit macula & capillus sui coloris ē & locus plage carni reliquę equalis. radet̄ homo absq; loco macule. & includet̄ septē dieb; aliis. Si die. vii. uisa fuerit stetisse plaga in loco suo nec humilior carne reliqua mundabit eum. lotisq; uestib; mundus erit. Sin aūt post emundationem rursus creuerit macula in cute. non queret